










Gospel for the Sixteenth Sunday After Pentecost


Tonus antíquior

D  Ominus vobíscum. R̅. Et cum spí-ritu tu-o. V̅. Sequénti-a Sancti
 Evangé-li-i secúndum Lucam. R̅. Glóri-a tibi Dómine.

I  -n illo témpore: Cum intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis
 pharisæ-órum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant e-um. Et
 ecce, homo quidam hydrópicus erat ante il-lum. Et respóndens Jesus
 dixit ad legisperítos et pharisæ-os, dicens: Si licet sábbato curáre? At
 illi tacu-é-runt. Ipse vero apprehénsus sanávit e-um, ac dimí-sit. Et
 respóndens ad illos, dixit: Cujus vestrum ásinus, aut bos in púte-um
 cadet, et non contínu-o éxtrahet illum di-e sábbati? Et non póterant ad



hæc respondére il-li. Dicébat autem et ad invi-tátos parábolam, inténdens




quómo-
modo primos accúbitus e-lígerent, dicens ad illos: Cum invi-tátus




fú-eris ad núpti-as, non discúmbas in primo loco, ne forte honorá-ti-or



te sit invi-tátus ab illo, et véni-ens is, qui te, et illum vocávit, dicat tibi:




Da hu-ic locum: et tunc incípi-as cum rubóre novíssimum locum tené-re.




Sed cum vocátus fú-eris, vade, recúmbe in novíssimo loco: ut, cum véne-



rit qui te invi-távit, dicat tibi: Amíce, ascénde supéri-us. Tunc erit tibi



glóri-a coram simul discumbéntibus: qui-a omnis, qui se exáltat, humi-li-



ábitur: et qui se humí-li-at, exaltábitur.